







Gy.
767 17a





3
4
THRASONUM

FASTUS

ex Italico

in latianam versus,

hæc vice

*prioribus tantum scenis tribus
comicè exhibitus:*

operâ

**Cælaris de Salis-valle Jo-
achimici.**



Hallis Saxonum

**Typis Petri Fabri, Typ. aul. Impensis
Michaelis Oelschlegell,**

M. DC. XXIV.

Ill^{mo}. ac Florentiss^o. Principi,
GEORGIO-ARIBERTO,
Principi Anhaltino,
Comiti Ascanio,
Servestæ ac Bernburgi Dynastæ &c.

Domino meo gratiosiss^o.

A B ocio nuperi æstus Syrij est,
quantulumcumq; heic pro
xenetici nostri prodit. Seria
tempus ita tunc recusabat, ut inte-
rim prorsum ludicris interdiceret.
medium ergò extremor. isthoc pla-
cuit, quo id falleretur potius honestè
collocatum, quàm periret illiberali-
ter ociosum: præsertim quum reco-
lendæ linguæ faceret, cujus nobis
usus arrior ceteroquin esset. Quod
quum lucem modò videat: uti te dig-
num prorsum non est, PRINCEPS; ita
prorsum tibi debetur. Tenue est: pag-
ginar. sex-septem est: libri potius in-
coamentum, quàm liber est. nimirum
tale illud; ex se si æstimes: sin ex ani-
mo obferentis; magnum est, amplum
est,

est, integrum opus est. Magnum:
quippe majus pro tempore ad ma-
num non erat. amplum: quia instar
sponsoriae tabulae omnem reliquam,
ut primum proditura est, translatio-
nem tibi vadatur. integrum opus:
quod unguem tibi leonis exhibeat,
hoc est specimen omnis ejus fastus,
qui in ceteris dialogis perinde spirat.
Velinde de animo conjecturam faci-
es, quod, quo eum tibi testarer, pri-
mum quodq; publicum tibi destinâ-
rim. Quum enim Seren^{mam} no-
stram ad Ill^{mm} fratrem tuum,
Principem meum clementiss^{um}, nu-
per comitarer: ita observavi indolem
tuam, ut generositatem admiratus
fuerim; ita scrutatus sum divinioreis
naturae impetibus, ut nihil non princi-
pe dignum deprehenderim; ita peni-
travi innata heroicae magnanimitatis
semina, ut nascentibus virtutibus
tantum non adorârim. per cetera

laudum tuar. titulos ire nunc non
juvat: ne gratiæ causâ quidquam vi-
dear loqui, vel clementiâ tuâ comita-
teq; singulari adeo tibi me tunc de-
vinxisti in antecanicularis ocij pro-
scenio, ut proximæ canicularis ociosæ
scenæ qualem- qualem foetum, hoc
est abinde primum in nomine tuo lu-
cem adspicere voluerim: præsertim
quum & his talib. seria tua interpola-
re soleas, & ad ea jam loca tendas, ubi
isthæc & nata sunt & exhiberi idem ti-
dem consueverunt. Quem præcla-
rum conatum tuum ut sospitet æter-
nus ille sospitator, illum quidem de-
votè; Te verò summissè rogo, ut cle-
menter inscriptionem hanc, pignus
animi cultusq; mei, suscipias; nec vero
sionis, quæ non nisi inter manus pro-
erantis nasci potuit, extemporario
lo ingenium tuum offendi patiare.
idem ingenium scripti lectori
Italo ostendere, quàm ad amœ-
nita.

nitateis me diffundere atq; elegantia
aliqua laboriosa insidias aurib. tacere
antiquius hac vice habui. Quod si le-
vem hanc operam hanc fastidieris: ani-
mum mihi reliqui operis maturan-
di, huius vero partis emaculanda, ad-
des; ac me porrò ita tibi obstringes,
ut victurus moriturusq; sim

Illmæ. Celsitati T. æ.
æternum devotus

Cæsar de Salis-valle Joachi-
micus,

*qui hoc
dabam è castro Mauritano
prid. KL. das Octobreis
M. DC. CXXIV.*

A 3.

SCE

SCENA PRIM A.

Terror, militum praefectus, Mul-
cipula, servus; colloquutores.

Terr. Si praetior. Mars Deus est, uti ferunt,
Ac, si ille Mars ego ipseus, Et ab ipso met hoc
Sum Marte in Martem transformatus bellicus:
Cur Flandriae minus me tangunt praelia,
Et quae hinc resultant strages Et victoria:
Mei ille gaudij unus-unicus scopus?
Cur facta tanto non respondeat nomini,
Et juncta fama non pareat potentia?

Mulc. Propemodum idem tibi, heres, quod
illis accidit,

Qui fixius Solem intuentur, maxumè
Quum sudus splendet, Et quum meridianus est:
Quor. oculi à Solis illo oculo hebetes redditi
Nec usquam quidquam cognoscunt, nec vident.
Sic intuum tu Martem paullo intentior,
Ejusq; voltum voltu fixiore contuens,
Ita obfuscaris splendore hujus entheo,
Ut nec te ipsam videas, nec te ultra noveris.
Tu Martem te esse dicis ipsum-ipsissimum:
At ego te dico nec Martem, nec Mercurium,
Nec Vellovem, vel Venerem, vel quoq; sabbatum,
Vel Dominicam, vel esse Lunam deniq;
Vel septimanæ quemlibet alium diem.

Terr

TERR. 'Idiotia tu es, nec quidquam scis phi-
losophicum.

Enimverò de illo tecum agitur rectius,
Tuum quod est; qui servias hero tuo,
Qui te sit equam berile imperium ediscere,
Ute quod frons velit, oculi, quod mens, manus
sciant,

Tu, quod ego tibi edico, auscultare & nota bene.

Equestrem scis iri iustratum exercitum,

Mibiq; ibi esse comparandum splendide,

Qui generalis sim belli generalissimus:

Abi itaq; subito ad Vulcanum, armigerum meum,

Eiq; severe meo dic edic nomine,

Ute nostra potiat arma tam glabre, ut sicut

Sole lucidiora, quum is relucet maxime,

Horum ut splendor visum bebetet intuentium.

Dein equorum stratori meorum Dedalo

Dic, paratam ut habeat sellam Bucephali mei,

Atq; alteram itidem fidi nostri Cillari,

Tertiam Arionis, Hippogriffi deniq;

Et Asturconum & gradariorum ceteras.

Et Barbarorum & regni equorum, quos vo-

cant.

Musc. Mibi videtur ille fuisse Bucephalus

Equus Alexandri Magni; cillarus Castoris,

Germani Pollucèi, Leda filij;

Arion Adraasti Argivorum Reguli,

Et

Et Hippogriffus Herois Astolphi inclueti.
Sed a stirconeis, barbaros, gradarios,
Equos cursoreis, & regni illos, quos vocas,
Credo esse tuos, bene, omneis: et si civitas
Hac tota vix poterit induci, ut credas.

Ter. Sed interim, dum, quod tibi injuxi, ex-
pedis,

Intentos oculos, intentas aureis tene
In quemlibet, quem fors habebis obvium
Nec enim fieri potest, quin quàmprimùm incidas
Vel in quem Herda, vel in Semideum quem alce-
rum,

Noscendi qui mei desiderio ardeat
Status, rerumq; explorandarum, quas gero.
Quor. si quis quid hor. investigaverit,
Dic me esse magnum illum praefectum bellicum,
Terrorem valle ex infera, diabolicum
Cognominatum, equestris principem ordinis,
Et trismegistum, bocest, Ibrafonem maximum,
Acerrimum pugnatorem, immaximum
Homicidam, vastatorem truculentissimum,

SCAZ.

illum universi domitorem ac dominatorem,
Patriq; terre-motus, matris fulminis
Terram-moventem & fulminantem filium,
Agnatum mortis, amicum conjunctissimum
Magni illius apud inferos cacodemonis.
Mus. Semidei, Heroes atq; tales, quod sciam,
Dia.

Diabolum hanc multum curant, ac Mortem
namus,

Sed Trismegistum te esse, id esse equidem mihi
Videbitur impossibilem impossibilissimum:

Quum solus unus fuerit hujus nominis,

Etis quidem Mercurius, una & uno tempore

Aegyptiorum Rex, Sacerdos & sophus.

Ter. Ac, parro ut prosequare, tunc quam
ceperis,

Orationem martialem ac bellicam,

Lingua aerea ac voce iniquis metallicam,

Quod in aciem quum propero, mihi arma in-
duunt

Ira ac furor: caballum pugnacissimum

Horror nobis adducit: at Discordia

Scutum aptat, cassidem imponit Superbia,

Manuq; dextra porrigit Mors lauceam:

Ut hostium castra omnia perdam funditus.

Mus. Ille Heros, ille semideus, ille, qui qui erit,

Ubi me crepare tot has ampullas audiet,

Esse somnia dicet, & me adeo ipsum somnium:

Quum cuilibet, qui dormit, hoc ferè accidat;

ut rebus de vagis, fereq; talibus,

Cujus modi sunt somnia isthaec, somniet.

Sic, naturalium si rerum credimus

Scriptoribus, prorsum omnia melancholi.

Imaginatur atra sibi & funebria:
Sanguineus rubra, leta, plena gaudij:
Cbolericus ignem, fulgur, tonitru, fulmina:
Pblegmaticus undas, piscis classis naufragas.
Sic mando cererem, sic bibo Bacchum & Zythum,

Scaz.

Sic consimilis miles tui stragem, necem,
Et sanguinis profusionem somnat,

Ter. Quum dixeris, quae iussi & expediveris,
Ad stabulum Solis illico te conferes,

Ac Piroentae equum jubebis sternier,

Quo vectus ibo, fallendi ergo temporis,

Horae Veneris ipsa ad regioneis inferas,

ibi quibus saltibus quinquaginta equi mei

Faciam inferorum reginae Proserpinae,

Quae nostri amore inflammata ardet, aestuat,

Moritur, revivit, egram semper animam agit.

Musc. Sol oppido mature lecto se levat,

Statim atque aurorae stellae cedunt pallidae,

Oriente in ipso radijs surgens aureis.

Uts mihi verendum sit, ne eum offendam domi,

Et illius equi, illuc priusquam venero,

Ad meridianum ipsum jam tum pervenerint:

Ute prorsum infructuosum sit meum hoc iter.

Ter. Isubito, ac instar fulguris subitò redi.

Hem! jamne abiisti? jam rediisti? o quam bene!

Bene veneris, Muscipula, servorum optime.

Nov.

Novi quid noster adfert secretarius?

Musc. Novi parum, nisi Pirois quod miser,
Solis caballus, anteriore dextero
Pede, ob clavum profundius fixum, claudicat:
Reliqui morbo laborant cuncti artbritico,
Et quod Apollo ad hos probè curandos Peona,
Fabrum Deorum, derepente miserit.

Ter. Ha! Ha! Democritus in buccam mihi
venit.

Musc. Metonymiam illam tuam benè adsequor.
Habere in oculis Heraclitum proforet
Fortean magis Et tuam miseriam plangere,
Alterius insultare quàm infortunio.

Ter. Mihi verò inde risus oritur largior,
Modò Baronis quod recordor Gallici,
Qui nomen aliquando percunctatus meum,
Ubi Terrorem me audisset dicier
Ex inferis ipsis oriundum vallibus,
Scutum Medusæ, falceri mortis, omnium
Factantiarum generalissimum genus,
In terram mortuus ex timore concidit.

Musc. Poeta somni fabulantur januas
Tantum esse binas: alteram harum corneam,
Eburneam alteram, per quam omnia insomnia
Vana, atq; falsa; uti per illam vera exeant.
Quòd cornu transparent, at densum ebur fiet.
Per utram, bere, harum transisse tuum autuma

In som

In somnium est dubio procul per eburneam.

Ter. Heus, Muscipula, unum, cuius eram ob-
litus ferè:

Tubicini edic meo, ut, lustrandi exercitus

Scaz.

Die ipso, surgere summo meminerit mane, Et,

Ut primum summa montium cacumina

Pbæbus inaurarit, cursori insideat suo

Bajardo, ac solemne illud sellisternium

Equiq; scansionem mox clarissimo

Tube clangore omnem per urbem publicet.

Musc. Ne, queso, imitator illum, here mi,
tube sonum,

Tam altum clamando per plateas urticas:

Ni vis, cives ad unum ut omnes credant,

Aut stultum aut à malo te obsessum spiritum.

Sed, si in Rinaldum Heroa tubicen incidat,

Humani ut sunt casus, Et Bayardum is suum

Agnoscat Et reposcat, quid misero fiet? Scaz.

Itaq; si me audis, potius tubicen sumserit

Quemvis tuor. levioris armatura equum,

Vitando Et scandalo Et vitæ periculo.

Terr. Fac, ut lubet: sed, dum interim illuc
ambulas,

Si fortè fortuna miles quis obviam

tibifiet, largire illi Eleemosynam:

Si non erit, unde; sume thesaurum interim

Tamero

Tamerlani illum, quem scis, atq; ei eroga,
Ut tantò lautius inde hoc mane prandeat.

Musc. Nimis adeo quàm larga foret hæc
largitas.

Ac, si thesaurus isthic eleemosyna
Fieri potesset, vix Europæ effenderis
Quemquam Dynastam, qui nòlit agere mi-
licem,

Vt largitatis fiat huius particeps.

Sed ego bonis avibus meum nunc pergo iter.

Terr. Heus, Heus, mane redi rursus, itane,
furcifer,

Citra meam pacem, citra licentiam,

Citra veniam meam tute hinc te proripis?

Sic servum ab hero decet suo discedere?

Musc. Hæc, unicum hoc servo remitte, si
placeat.

Sed quæ sollemnitate me vis utier

Advorsum te quoties abs te abeundum est mihi.

Terr. Imposterum, quum abire, quò te mi-
sero,

Cupis: mihi hoc modo honorem habebis debi-
tum?

Praefecte bellorum insuperabilissime,

Hæc ac domine mihi atatem observadissime,

Scaz.

Tuo mihi mandato quum hinc abeundum sit

Tuo

Tuo è conspectu formidabilissimo,
Tuam devotè supplico magnitudinem,
Sua ut venia mihi largiatur gratiam:
Quum citra consensum tuum, citra tuum
Jussumq; mandatumq; nec pedem queam
Movere, nec plantam pedis usquam figere,
Sed recto sit standum mihi atq; immobili,
Magis atq; montium si sim firmissimus?
Quo dicto, ternis vicibus flexo poplite,
Profundas tres habebis mihi reverentias,
Hispanicam primam, secundam Gallicam,
Et tertiam, quam nos solemus Itali?
Post gressu abibis à me quam cele ruma,
Ac per regioneis furibundus grassabere.
Musc, Sipienti sat dictum. equidem enit ar.
Sedulo
Reapse exprimere, quod me docuisti modò.
Atq; adeò nunc abeo rediturus antequàm
Celi serena lumina, stella, adpareant.
Ter. I, sis, fortunà Terroris ter-maximi
Duce, atq; eadem porro redi quoq; aspice.
Interibi cogitabo de pyramidibus,
Colossis & columnis, deq; turribus,
Templis, statuis, sceptris, coronis, arcibus,
Armis, trophæis, mundus isthic bellicus
Valore qua nostro devotus erigat.
Sed heus tu, Muscipula, heus redi mihi incidit
Novi nescio quid: nescio quid dicam tibi.

Musc.

Musc. Quid id est igitur? TER. si quisquam
percunctabitur,

Qui sim, quid est, quod tute responsurus es,
Solo uno quasi verbo, ac prorsum laconice?

Musc. Ego te dicam Romanor. esse alterum
Duor. Heroum, quor. uni gladio, alteri
Scuto patria reipublicæ nomen fuit.

Ter. Cedò, non possis magis etiam Laconice?

Musc. Dicam, ut me ob iacturam Palladij sacri
Destructa Troja ac desolata concidit:

Sic mundum hunc ipsum prorsus iri perditum,
Si tuam imaginem, tuum simulacrum perderet.

Ter. Potes loquutus recte, Martis per fidem,
Istud loquendi spartanum ac Laconicum

Mihi perplacet genus, laudoq. maxime

Ob id ERYCIUM PUTEANUM, hominem cla-
rissimum,

Qui de genere isto tam polite scripserit.

Sed age tu, abi citò ac citius etiam redi.

Mus. Eo volando, ad te reuersurus, antequàm
Ad occasus adpellat Phoebus limina.

SCENA SECVNDA.

Ter. Jam nunc, posteaquam bellicosum tyra-
nnum, ac

Tremenda silere ceperunt saxantara,

Jam nunc custodiarum quum lustratio

Cessavit, & excubia hanc visuntur amplius:

Dum

Dum nostra urbis aperiuntur portae singula
Sub ductu sclopetariorum equissimo:

Eccum me etiam, pedem effero qui dextrum,
In signum augurij faustioris, splendidas
Mei extra martialis hospitij foreis.

Musc. Here mi, ac Domine, lupum recordor,
maximo,

Sacrum Deo bellorum, Marti, inquam, suo,

Esilva quando prorepit, dextrum pedem

Solere ponere primum, fausti in ominis

Insigne signum. Sed quia illud is facit

Studio rapina, ut plurimum fraudis suae

Poenas luit, seu captus sive mortuus.

Ergo tibi cave, perinde dum rei

Es adpetens aliena, quam rapias, clepas,

Prædere, tollas quoquo pacto, ne tibi

Aequè male hac divisa temporibus sient.

Ter. Ac quum matuta ista bac umbrosa obscu-
ritas

Refrigerij quid membris nostris prabeat,

Qua præter lapse noctis flacca lassaque

Nimio calore languent: bem referam tibi

Quandam mear. opinionum, qua mihi

Lustris elapsis aliquot in mensem fuit.

Musc. Nisi valde fallor, lustrum, quod aia,
tempus est

Quinque annorum, decem atas, centum secu-

lum, Sed

Sed tu incōa, sodes, narrare quod paras.
Ter. Itaq; illa belluosa ac nobilissima
Opinio, quin propositum potius mecum
Est, antiquis quod præter lapsis mensibus
Quodam dierum retrò-langorum mihi
Animus fuit stellis bellum atrocissimum
Modere persequiq; eas hostiliter.
Dies mehercules opido memorabilis!
Dies ipsis super-addendus ephemeridibus!
Dies notandus, non lapillo candido,
Feliciores ceu signare olim dieis
Veteres solebant; sed columnis grandibus
Hieroglyphicis, colossis vel solaribus,
Vel pyramidibus etiam plus quam ægyptijs.
Mulc. Satius fuerat illo die temerarij
Cœpti Gigantum furiosorum, pessima
Prolis Titanis terraq;, recordari:
Et qui illi fulmine tacti ac prorsum perdit
A Jove tonante, sepultiq; postea fuerint
Ab Olympo, Pelia & Ossa excelsis montibus:
Qui ipsi fuerant ab illis emoti loco,
Ausu et nefando impositus alter alteri,
Cum bellum stellarum inferrent rei publicæ.
Ter. Id ergo facere quum mecum constitue-

ram,
Armare more me prosum pbant aſtico
Occepi, lorica loco mihi induens
Turrim Nimroti, ac magnum imponens vertici

B

Mora

Montem illum Taurum: Et sic ubi armatus probe
Essem caput, pectus, humeros Et brachia:
Arcus loco prebendi manibus Iridem,
Ufus Labyrintho prophætrâ Cretico,
Atq; inde pyramides depromsi Ægyptias,
Quæ mihi sagittarum persuncta sunt vicem.
Post irâ plenus ac furore percitus
Ad olympi adscendi montis excelsum
Cacumen usq; certus unum atq; alterum
Inde ætheris polum penitus perumpere.
Statim atq; ibi substiti, arcum cœpitendere
Meaq; mox contra firmamentum spicula
Vibrare, eaq; tanto numero, tot ictibus,
Ut Sphæram totam instar cribri per foderim.
Musc. Vt dulcis isthac atq; amœna fabula est?
Cujusmodi narrari feminis solent
A cœnâ fornacem prope ac propter focum,
Dum castaneis vescuntur nucibus, ac recens
Bibendo vinum sese invitant largius,
Solutæ in risum ut per posticas indidem
Suspirent partem, ac gemebundam efflent ani-

Ter. Cum totam firmamenti, uti dixi, machi-

Undequaq; perforassem: fixa proleuis
Stella occipere fragore ruere maximo
Meosq; cadere debellare sub pedibus.

Cela

Celi vero ille rector, Juppiter Pater,
Tantam stragem, tantam ruinam sentiens,
Alium clamare, ac voce quam clarissimam
Ad arma, ad arma, ad arma, ad arma dicere.
Quare moti universi ac singuli Dii
In uno illo unico adcurrere momine,
Ut hostem una assilirent atrocissimum.

Musc. Enimvero fuisset opera ibi precium
Commentitios falsosque illos omnes DEOS
Simul semelque perdidisse funditus
Ista quidem ingenti tua arrogantia,
Forte invidos potius habitura, quam amulos,
Potius amanda quam laudanda, ac forte an
Magis admirari digna, quam describere.

Ter. Ego quum viderem congregatum exerci-
tibus

Illam celestis universum curie
Ut me impetu assiliret immanissimo:
Arcum tetendi, ictuque quam fortissimo
Pyramidem unam in mistacem compegi Iovis,
Qui comprehensam Pyramidem, atque in fulminibus

Speciem mox transfiguratam ardentissimi
Capiti inflixit meo quam potuit dextumé.
Me vero quid fecisse tum attonitum putas?
Dextram corripui fulmen, atque denuo
Contra celum vibravi, atque illud agilumo

Saltu sequutus ipse, et pennis illius
Veluti suffultus ac sublatus impetu,
Ad ipsas adpuli usq; celestis plagas.
Quo quum viderem constitutum me loco,
Manum hancce bellicosam illum ad acutissimam
Demisi fulminatorem gladium meum,
Eoq; rupi aciem celestem, ac singulas
Fugavi ceteri turmas exercitus.
Dein regnatorem duxi captivum atberis,
Et carceri impactum, digno isthoc hospite,
Fuso alligavi protenus hamyspharij,
Quumq; ipsi verbis paullo acerbioribus
Omne exprobrassem factum, prorupi illico
Voceis in iracundia plenissimas. (maximi
Musc. Ita ergo et magni, ut audio, immo
In carcerum trudi solent ergastula
Quandoq; ut absq; tyro exinde haut exeant.
Sed agesis, quo stomacho increpabas tu Jovem?
Ter. Sic ergo dixi ipsi atq; edixi: quid, ma-
lum?
Ten nominari a quoquam providentiam?
Proust stultorum communis mortaliuna
Fax illa te vocare solita est haetenus.
Tene a juvando juvantem dicier Jovem?
Neutiquam vero gentium. Atq; id vel tuis
Vel omnium Deum ac Dear. in gratijs
Omni veco, prohibeo, interdico ordini.
Tandem nec formas tot variatas sumere

Per

Per me tibi licebit, nec erit integrum
Peregrinis tot figuris Nymphas fallere
Nunc has, nunc illas. namq; ego te heic ex suo
Autoritate omni atq; honore regio:

Heic demo tibi sceptrum, diadema, pallium,
Imposterum tuo regnaturus loco:

Quidquid ringantur & dex omes & Dij
Fictitij ac falsi, quotquot insunt aetheri.

Musc. Quidquid ringantur scilicet, vis di-
cere,

Totius hebdomada universi illi dies,

Quorum nec unus est, sibi quin nomen trahat
A quodam fabuloso ac mendaci Deo. (Jovem

Ter. Ita cateratum, ita increpatum quum
Primigenium Saturni haberem filium,

Flexo genu ante meum genu mibi supplicem

Lacrimas amaras flentem, & anxie

Veniam perentem delicti mernet sui:

Venus ecce, amoenitatum illa omnium Dea,

Omniumq; quae esse possunt, pulcritudinum

Fœcunda mater, amorum sedula obstetrix

Interveniens, risuq; anbelos temperans

Profundorum suspiriorum spiritus,

Mox candidissimarum monstravit mibi

Tthesaurum margaritarum, quae lucidâ

E conchâ pupurei illius oris duplicium

Carbunculorum transplendebant sua-

viter.

B 3

Itame

Ita me alloquuta: Terror, ò fortissime
Quantum usquam præfector. militarium
Est, vel fuit, sequuturis vel seculis
Unquam futurum est, digne, solus qui imperes
Non hominibus, qui infra nos sunt, & incolis
Orbis terrarum, sed qui heic intra nos in hoc
Regionum stellatarum regnis æthere:
Si radij amoris unquam nobilissimum
Penitraverunt usque pectus ad tuum,
Si quaquam usquam tantarum vel divina

vel

Mortalis pulchritudo virium fuit,
Cor ut urere & inflammare potuerit tibi:
Per banc & illam te precor, te supplico
Ac te conjuro, banc concedas mihi gratiam,
Ut maximum meum parentem isthunc Jovem
Tuâ è potenti liberum videam manu.
Id quod si feceris, ceu firmiter tuus
Heroicus sperare me jubet valor;
Certi loco tibi promitto præmij,
Te nostris auspicijs ac nostrâ operâ atq; ope
Isthoc terrestri in mudo jam nunc illico
Potentiâ potiturum monarchicâ
In universo feminar. ac virginum
Pulcerrimarum, quas sol adspexit, chore.
Masc, O verba vel lapidi movendo ido-

nea!

Sed

Sed tu quid ad banc blande matris cupidinum
Orationem respondebas melleam?
Tu cogita ipsius. etenim quid facerem aliud?
Prostratus, debellatus, casus unico
Cyprea illius conspectu pulcritudinis,
Ac suavitate victus mellitissimi
Dea Citherea sermonis, mitissimus
Mollissimusq; evasi et ruculentissimo,
Suisq; ex solvi vinculis Iovem illico,
Regno ipsum pristino blandâ afferens manu,
Veneri verò dixi vale, quâ par erat
Humanitate, magnis cum ceremonijs.
Inâe unico saltu plus quam palestrico
Per âera me librans, ad antiquam meam
Recepi matrem parte illâ. qua maxumam
Scis surgere Veneti structuram palatij:
Atq; id sub ipsum tempus sapientissimi
Eius Senatus congregati, qui statim
Profunda me salutavit reverentiâ,
Meoq; struxit honori splendidissimum
Convivium, in quo laute me habuit opido.
Musc. Equidem mihi non fit mirum istud:
quum novum
Esse serenissima haut soleat reipublica
Magna peregrinos cum benivolentia
Accipere omnes, honorib; q; maxumis

SUMMO

Summaq; liberalitate prosequi

Ter. Dic ergo nunc, Muscipula, dic, sodes,
mibi

Quid de his generosis tibi videtur ausibus?

Musc. Res est te digna prorsum atq; animo
par tuo.

Ad summam, mundus isthic universus hac

Tua magis se jactat arrogantia

Incomparabiliq; fortitudine,

Quam vel celebres Athenæ olim suis Sopsis

Miraculis suis vel Babylonia,

Suisve Roma deniq; Imperatoribus.

De cetero memineras, bere, jam propemodum

Horam esse nostri præter lapsam prandij,

Nobisq; jam nunc festinandum esse ad cibum.

Ter. Eamus ergo, sed tamen adhuc, antequam

Prandere occipiamus, recensebo tibi

Strategema aliud, molior quod bellicum,

Multo priore majus, multo ingentius,

Ciendo quod faciet tuo appetitui.

Musc. Patrone magne, mibi quidem adpetis
tus est

Etiam isthoc absq; condimento quam optumus

Nec opus fuerit relatione jam altera.

Eamus sis modo, mibi scire sufficit,

Te illum esse Heroa cujus vox vel fulmini

Post metum incutiat ac terræ motui,

Et en, is in oculis radij solaribus

Coruse

Corusciores prognascantur, indidem
Et ignis & fulgur subinde prodeant,
Ac, dextram quam moves benoratissimam,
Ensemq; vibras mundi terribilissimum,
Terrae omnibus indequaq; populeris plagas,
Ut regna Ditis dices subterranea.

Ter. Sic est per herculem, ut ais. ergo eam
bino

Levatum cabram dentium rubiginem.

Mibi primo ponetur missu jusculum

Echalybis atq; ferri scobe, cum pyrici

Caseolo adpersum pulveris atq; arsenici

Aromate, misto pro dulcore rebarbaro.

Musc. Hoc jusculo vescere tu solus quidem:

Mibi hodie lex servatur abstinentiae.

Itaq; nisi aliud sit, quo possim vescier,

Potius est, hodie ut jejunem, licet haut fiet

Sollemnis alicujus vigilia ista dies.

Ter. Non deerit vero tibi, quod edere possies:

Imo ad Musc, Ergo eamus. Nam si cessabis

magis,
Nos hora coena ut occupet, periculum est.

SCENA TERTIA

Ter. Tantopere videor equidem mihi met in-
dies

Augeri viribus, crescereq; robore

Atq; universi confirmari corporis

Agilitate & membrorum fortitudine:

Ut omnibus hisce, meâ quidem sententiâ,
Longe superem Antæum Gigantem maximu-
mum,
Suiq; temporis omnium fortissimum.
Musc. Antæus ille, si credendum est fabulis,
Neptuni ac terre filius, Lybicus Gigas
Quadraginta cubitorum longitudine,
Quum luctaretur cum Hercule, filio Jovis
Et Aleumena, victus atq; occisus est
Ab illo tandem, ut ut tam ingenti præditus
Vigore, ut quoties paululum contingere
Terram matrem liceret, tactu hoc illico
Penitus recrearet membra fracta laboribus.
Ter. Atq; isthac præsertim die mihi videor
Tam solidus esse tamq; prorsum ferreus,
Vt si vel omnes urbis bombarda, poli
Vel universi illa universa fulmina
Pectus mihi percuterent uno-eodem momine,
Tanta illa nec tantillum me motura sint.
Talis quum sim, ac tantus: abundantissimè
Satis me facturum mox ardentissimo
Spero equidem torquatorum desiderio:
Qui me rogarunt omnes instantissimè,
Secum ut hodie pilâ majore lusitem,
Curramq; equis ad orbiculum velocibus,
Ac eandem armatus contra se decursitem.

Age-

Agessis ergò, Muscipula, atq; è vestigio
Ad eos abi, meoq; ijs dic nomine,
Quod si volunt, magna secum ut ludam pila,
Ut ad officinam se natura conferant,
Et ad tabernam temporis eant illic,
Mercatum ibi lusoriam superbia
Pilam illam grandiore, eamq; factitent
Tubulo furie infernalis inflari probe:
Ut quum post destinato ego ad pulero in loco,
Amplissimum illud brachiale ligneum
Præfastuosa in datus arrogantia,
Tanto quam levius propellam, atq; binc &

binc

Et hac & illac eminusq; ac cominus
Modo compulsu recto adversus æera,
Modo seæ obliqua è solo antiperistasi,
Plagas in universas librem ac jactitem
Varijs idem tadem ac diversis saltibus
Secundum eventus mundi diversissimos:
Sed isthac lege tamen, atq; isthoc omine,
Ut fors fortuna & sors, gemina sororcula,
Medium locum tenentes unâ lasitent,
Faturnq; signet parte ex una atq; altera
Pile meas cadentis atq; terminos.

Tu quide n, Here, me facies, ut bodie in vin-

cula

Coma

Compingar pro stulto ac vesano artiffumè,
Recta ducendus inde ad morocomium
Mediolanense, curatum morbum meum.
Here, inquam, si ad equestreis illos co viros,
Fisq; dico, quæ tu dixisti mibi,
Dubio-procul omni me catenis protenus
Vinctum, manicasq; gestitantem & compe-
deis

Includi carceris ferent ergastulo.

Ter. Sin magis ijs cursus placeat ad cir-
culum:

Dic ipsis, ut, signi asportandi lancea
Loco, vel Zodiacum, vel primum mobile
Mibi ponant. Sin decursare deniq;

Volent mecum a'mato armati armatis
equis:

Dic, ut mihi bippodromi defensores duint
Et Mortem, & magnum ex inferis Diabolum.
Quod si aliter visum ijs fuerit: ut lusitext
Secum intra se ipsi sine me, qui mentem entheam
Ad illa non derelicto proletaria.

Musc, Si equites, quos dicis, illam majorem
tibi

Inflare nitentur pilam superbia:
Equidem mebercle tantus, tamq; turgidus
Futurus esse mi videtur hic tumor,
Vento distentus ambitionis turbido:

Vt, si libretur, ad usq; Luna transvolet
Penitretq; sphaeram. Et illi i'dem, circuli
Si vice Zodiacum aut primum ponent mobile:
Per quam interibi meabit Sol eclipticam?
Et sphaeras omneis quis revolvat interim
Ab occidente in ortum, eius vice mobilis?

Quod attinet diabolum de cetero
Mortemq;, erit res factu proclivissima
Mea quidem sententia: quum uterq; sint
Defensorum ab sese prompti ad pugnam satis,
Hominum duellis praestituti praesides.

Ter. Postquam pilarem banc commodum ex-
pediveris

Legationem; aule magistro dic mea,
Ut sumtuosum cras mihi convivium
Struat, paretq;: quinquaginta bellicos
E dignitate quo sua excipiam duceis,
Here sero ad edeis qui diverterunt meas.
Sed sunt tres tantum missus convivij:

Primusq; constet Judaeorum e carnibus,
Alter Turcarum, haereticorum tertius.

Misc. Equidem vereor, & conomus ut ille

Has in macello carneis tanta copia
Venaleis offendat. TERR. sed Et hoc dices ei,
Me serio jubere, fructuum ut loco
Novas mihi mensas secundas proferat,
Pilas, inquam, quamplureis tormentarias:

Sed

Dea fulgurum ac conditaneorum vice
Et grandineis & tempestatum fragminas
Locoq; dentiscalpiorum prepararet
Veruta, bastilia, perticas & lanceas,
Mus. ô aspera digestus, dura fulgura!
ô nata perforandis dentiscalpia
Ac pertundendis gingivarum caribus.
Terr. Præterea vini dic, loco ut noti illius
Amasij mihi sanguinem ponat Tauri, scas
Mistum venenose cum sanguine viperæ
Ac cum cicutæ temperatum melleo
Succo, napelli cumq; humore spumoso:
Verum prius rectè sament isthac omnia
Septem-refrigerata-trionum intra mare.
Eulina, volo, domi Plutonis, omnium
Ilt malè-contentor. ponatur hospitis,
Ac, quando ducibus intermisti bellicis
Sunt adfuturi Doctorum quidam mei
Amici singulares: mandabis coquo.
Musc. Here mutafactum, suadeo, nec nitere
Hos doctoreis inter-calare militeis
Non est, quod metuas. namq; amici illi mei,
Quos dixi, doctores, pacis amanti summi
Sunt homines & Baccho Veneriq; dediti,
Quales istius sunt plerumq; secuti
Doctores, qui sedebunt immoti, cibus
Solum occupati in delicatioribus?

Cujus

Cujusmodi Legistæ sunt atq; medici,

Platonici atq; peripatetici sôphi.

Coquo tamen, quod commodum mihi incidit,

Mandabis, his ut juscula tria præparet:

Sophisq; primum, moralis philosophiæ

Ac naturalis temperatum è regulis:

Dein legistis alterum, è paragraphis,

Titulis, versiculis, digestis & codicibus

Probe congestum; tertiumq; denique

Meris constans sirupis atq; enemasi,

Bolis, infusis atq; electuarijs

Totum pro chirurgis, proque medico-physicis:

Satis equidem laute tui illi milites

Tuiq; doctores excipientur tibi.

Verum quid familia supererit cetera,

Illis cui vesci cibus solemnibus

Haut integrum futurum est? Terr. dic itaq;

coquo,

In huius usum esumq; ut aliquod succiduum

Paret minucal, confectum ac coctum probe

Hispaniti ad normam atq; exemplum ollarij.

Cui primum insit apri Erimanthei caput,

Serpens deinde Cadmi, ac tauri Iasonis,

Equi Diomedis, magnus & nasus Jovis,

Plutonis aures, intestina Neptuni,

Scaz.

Clunes Ganymedis, pubes Veneris, ipsaq;

Patris

Patri Saturni deniq, genitalia.

Mus. Vix olla erit, hujusce supellectilis capax.

*Ter. Tibi verò quæ ad commoditates ceteras
Convivarum spectabunt, horumce omnium
Demando curam: præsertim quæ pertinent
Ad oppletæ exonerandâ ventris pondera:*

Huic ergò ut primum præparabis usui,

Suoq, tempestivè pones in locò

Pandora vas illud majus, vice lasani:

Jovis papyrum panniculi ac limbi vice,

Quâ possint uti convivæ pro anitergüs.

*Musc. Jovis ista charta, in quam universas
scribere*

Humanas actiones providus solet

ET Ægis illa, de quâ & pluvia prodeunt:

Unde haut mihi videatur rationabile

Infauſto illam Pandora vasi adponere:

Ex quo, quæ sunt in universo isthoc, mala

Ortum suum primum traxerunt omnia:

Prout dicunt mendaces illi ut plurimum

Atq, adſentatores Poetæ. Sed tamen

Tibi obsequar, &, quæ jufferis, omnia faciam.

Ter. Sed istud oblitus ferè sum dicere:

Ut delicatioris paullulum cibi

Meo paratum pro stomacho habeat coquus,

*Aliquam, inquam massam sapidiorẽ parti-
lem*

Factam leonis è medullis ossium, &

Cere.

Cerebris Basiliscorum atq; animabus anguinarum.
Musc. Opus fuerit in ipsam ergo proficiscier
Inde usq; Lybiam, ac per deserta ejus soli
Illa undequaque investigare animantia.
Sed tu quidem, dum isto vescere fartili,
Insigne convivis te contuentibus
Spectaculum prebebis Terr. Heus, rursus redi,
Audi atq; a vulca. aquarij una balneum,
Signi celestis, balneatoris mei.
In itinere transi, Et ei meo dic nomine,
Ut in suo me presteletur balneo
Hac ipsa, qua lavaturus sum, vespera:
Idq; ut calefactum curet quam rectissime
Mongibellino montis Ethnei foco,
Mistis Vulcani flammis; atq; temporis
Largas Olympie Angelicq; lacrimas,
Isabelle item pro Cerbino fusas suo,
Meo probe lavando anquirat corpori:
At sanguini exsugendo pro cucurbitis
Viginti quinque ignis crepitantis machinas
Ad Gallicum fabri factas morem preparet:
Quas postea adplicare nostris possiet
Et brachijs, Et humeris Et coxendici.
Musc. Here mi, ista machina, petardos quos

vocant,

In usu non sunt amplius, quod res nimis
Videantur esse antiqua; qua promiscue

C

Utantur

Ut autur quavis nationes barbare.

Ter. Abi tu, ac quidquid edixi tibi, expedi,
Mihiquē in serviendo totus deditus
Memineris esse, ad usque sudorem anxius:
Non nescius, veluti quondam Demosthe-
nes

Philippo laudando regi Macedonia,
Et filio magno Alexandro Aristoteles,
Plato Maratbone-mortuis heroibus,
Evagora Cypror. Regi Isocrates
Pompeio Cicero, Trajano Plinius
Toti vacabant ac studebant maxumē:
Sic te decere in servitijs ac laudibus
Terroris esse occupatum, veri ac domini tuū.
Mus. In me quidem mora non erit ulla. ce-
terum

Res est hominis, consimilis illis, quos modo
Mibi narraſti, quibus ego sum impar op-
pido,
Præterea dicendum fuerit idem mibi,
Quod ille dixit: meliora jam dudum loca
Sunt occupata: at per aliorum prævia
Vestigia ire, id est verò abjectum nimis,
Honoris expers ac fructu prorsum carens,
Ut eo supersedere rectius fiet,
Sed tu, patrone, sine tibi servire me
Meo, quo soleo, more simplicissimo
Ac rusticatim, quum urbanatim nesciam:
Istos

Estq; tibi candore satis factum puta,
Ut quotiescumq; res et occasio feret,
Nude pureq; te laudem, neque sit opus
Aurum, Sappiros, adamantes, corallia,
Ebur, Smaragdos, Hiacynthos, carbunculos,
Cyanos, rubinos, purpuram, topasios,
Coccum, eburnum, ostrum, marmor, lapideisq;
sardios

Floreis & frondeis sermonibus innectere;

Ac limpidos illos propè rivos lubrico

Titubare gressu, ceu moderni illi ad solent

Nostri pœtæstri furtivâ venâ ac manu.

Terr. Abi inquam, & singula verba nostra

singulas

Putasse legis: ac legis ceu condidit

Argivis Phoronæus, atq; Egyptijs

Mercurius, & Solon Atheniensibus,

Laconibus Lycurgus, Minos Cretibus,

Quiritibus olim Numa Pompilius suis:

Sic me esse legem & vivam et moruam puta,

Tibi que parendum omnib; edictis meis,

Multò quippè illis Phoronei, Mercuri,

Lycurgi, Solonis, Minois, Pompili,

Legisq; latorum omnium melioribus.

Mule. Ita faxo, & legis ritè observabo

tuas;

Sed abeo, ut, quod iussisti, effectum tibi daim.

Ter.

Terr. Heus, beus, redi atq; ausculta quod di-
cam tibi.

Romanum transi per viam Capitolium,
Et ex Senatu ibi quare, an jam tum fecerint
Coronam nobis civicam paraver,
Ob civis in Carthaginensi pralio
Suos servatos, que huic debetur vertici.

Musc. Tot atq; tantos tu quidem in vita tua
Et occidisti & vita servasti sue,
Ut silva Dodonæa tota atq; integra
Quercinis bant coronis sufficiat, tua
Nectendis atq; consecrandis glorie.
Adeoque fuerit equius, adquiescere
In istis tot jam conquistis laudib.

Hac vice, vel citra illam coronam civicam:
Satis tibi sit obtinuisse ceteras

Jam tum coronas, gemmatam illam atq; au-
ream,

Muralem, rostratam, ac triumphalem quoque.
Et si que alia alijs magnanimis heroibus,
Cujusmodi presertim tu es, dari solent.

Ter. Rectè ex censes, ac prudenter differis.
Itaque, quod suades, hac vice sufficient mibi
Ille coronæ ceteræ ordinaria:

Dum illucescat dies, quæ nostro aprabitur
Capiti corona sphaera vel lunaria,
Vel solis illa mundi oculi clarissimi.

Musc.

Musc. Ego verò, patrone, tuo si essem loco,
Ad usq; octavam me Spharam vibraverim
Leviore saltu, atq; inde raptam grossiam
Coronam Ariadnes capiti imposuerim meo,
Atq; istis finem nugis tandem fecerim.

Ter. Recte mones. Corona sed illa grossia
Quot constat stellis? Musc. alij septem, alij no-
ventis

Stellas in illa numerant. Nobis sufficit
Stellas esse illas, ac coronari tuum
Caput bisce posse. Nunc eundum est.

Terr. J. vola.

F I N I S.



Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin manuscript. The text is mirrored across the page, suggesting it was written on a folded sheet of paper. The ink is dark and the paper shows signs of age and wear.

Stellat in illa...
Stellat in illa...
Cantus...
Ter. ...

F I N I S



Pl. (2) p. 215.

7.0.

Ap 3297 I

ULB Halle 3
 002 679 159




VD 77


MC









3
ASONUM
 4
FASTUS
 ex Italico
 latiarum versus,
 2267
hac vice
us tantum scenis tribus
micè exhibitus:
 opera
 de Salis-valle Jo-
 achimici.

 Tallis Saxonum
 abri, Typ. aul. Impensis
 elis Oelschlegell,
 DC. XXIV.